

1

1.

2

3



1781.

1. Abel, Jacobus: De extrajudiciali remedio restitu-
tiones in integrum in supremo Aemose Imperialis
jussu introductione, per conclusum videri latius
novissime de 6. Julii 1768. generatione nos sublata,
neque adeo langquam informi rejicienda.
2. Metzger, Christianus Hartmannus Junius, Dd. jur. ex Decanis:
Franci Christiano Borke . . . summo . . . in utroque
jure honores . . . significat: De jure nobilitatis
mediatorum subvasallos in servitium militare
alibi adducendi domibus pauca praefatus.
3. Hoepfer, Ludovicus Julius Rivinus: Introductionis
in jus publicum Romanorum antiquum paulo pleno
et specimen. Programmata, quo . . . solemnitate
inauguralia . . . Jacobi Abel et Jo. Josephi Benes-
Marice Loosband . . . indit.

1782.

4. Koch, Dr. Christophorus: De concursu hypothecarum specialis et generalis.
5. Linde, Drusus: De compensatione in concursu creditorum.
6. Musaeus, Drusus Vinil Henricus: et ad hunc tenorem orationem de temporis nostri curiis advocatos tollendi e republica . . . innotet praenotata dequisitione: quatenus redificia fundi feudali a vasallo imposita jure clericatari communi allodialia esse censentur?.
7. Sacherer, Carolus Philippus: De assignationibus.
8. Trunk, Drusus Jacobus: Inimicitia S. R. I. principum Electorum et S. R. I. cardinalium inter se collata, et ad jura regalia exacta.
9. Trunk, Drusus Jacobus: Meditatio seu lectio cursoria de imperio principis in rebus ecclesiae descriptis.

manus 21. untl-

4. 1783.

1. Hauber, Gerdic : De vera indole et natura anti-
chresen.
2. Koch, Fr. Christoph : Deam Hansi Huser et Gerlieb
Hember . . . sollemniter inaugurali indicit. : de
probatione pro exonerata conscientia in foro Re-
manus ignota pueri praefatos.
3. Koch, Fr. Christophorus : De herede deliberrante
4. Rühl, Inventus Fridericus : De formato principis
De castro recusabili
5. Schick, Inventus Wilhelmus : De retractu equestri
contra manus mortuos non praescriptibiles.
6. Schwanbert, Andreas Fructuosus : De iure succedendi
feminarum in fendo a femina adquisito.

1784.

1. Bechtold, Petrus Emilius Ludovicus: De hereditatis actione conditionali.
2. Koch, Fr. Christoph: De ordine legum in testamentis

1788

Koch, Fr. Christoph: De initio Amici probatorii

1788.

Wankel, Joannes Baptista Bernardus: De pignore usucapto

1790.

Sundheim, Petrus Emilius: De effecta divortii quoad bona inter conjuges communia.

1791.

Ramm, Fridericus Theophilus: De concursu hypothecarum generalis prioris et posterioris in rebus post utramque adquisitis.

1792. Inap, Helvetus Bernhardus: De valore et efficacia pacti, quum simulabaturum familiarum illustrium et nobilium interfecti partii praecipue creditoris.

4, 270.
1789 13 802.
3
/

INTRODVCTIONIS
IN
IVS PVBLICVM ROMANORVM
ANTIQVVM
PAVLO PLENIORIS
SPECIMEN.

PROGRAMMA

QVO SOLLEMNIA INAVGVRALIA
CANDIDATORVM DIGNISSIMORVM

IACOBI ABEL,

ET

IO. IOSEPH. BENE~~D.~~ MARIAE LOSSKAND,
WETZLARIENSIVM

INDICIT

D. LVDOVICVS IVLIVS FRIDERICVS
HOEPFNER,

H. A. ORDINIS IVRISCONSVLTORVM DECANVS.

GISSAE
EX OFFICINA IO. IAC. BRAVN.
C1D13CCLXXXI.

HYDROGRAPHISCHES
 INSTITUT
 DER UNIVERSITÄT
 ZÜRICH
 ANTIKVIAR
 1850
 ZÜRICH
 1850
 ZÜRICH
 1850
 ZÜRICH
 1850
 ZÜRICH
 1850
 ZÜRICH
 1850





CAP. I.

DE DIVISIONIBVS, GENERE ET ORDINIBVS CIVIVM ROMANORVM.

§. I.

Observatio prooemialis.

In ciuitate romana sedulo distinguendae sunt *diuisiones* populi a vario genere ciuium, nec non *ordinibus* eorundem. Diuisio porro *triplex* est; nimirum 1) in *tribus*; 2) in *curias*; 3) in *classes* denique & *centurias*.

§. II.

Diuisio in tribus & quidem *prima eius periodus.*

Vetusta ciuium romanorum diuisio in *tribus* ab ipso urbis conditore instituta varias vicissitudines passa est. Romulus enim omnem multitudinem in tres tribus diuisit. Prima vocabatur *tribus Ramnensium*, s. *Ramnetum*, s. *Ramniūm*, altera *Tatiensium*, tertia *Lucerum*.

I. Scriptores de tribubus romanis recenset *Fabricius* in bibliographia antiquaria Cap. 14. §. 14. pag. 722. edit. 3.

A 2

II. Circa



- II. Circa originem tribuum dissentire videntur auctores prisca, vt post alios obseruat *Beaufort* dans la dissertation sur l'incertitude des cinq premiers siècles de l'histoire romaine Chap. 6. pag. 298. Sunt illi autem: *Dionysius* Lib. 2. Cap. 7. p. 82. (edit. Sylburg. Frf. & Hanou. 1586.) & Lib. 4. Cap. 14. pag. 219. *Liuius* Lib. 1. Cap. 13. & 43. ac *Plutarchus* in Rom. Cap. 20. (edit. Reisk.) *Dionysius* enim statim sub incunabilis vrbis; *Plutarchus* vero post deuictos demum Sabinos tribus institutas fuisse narrat; quod & nomen *Tatiensium* comprobare videtur. *Liuius* denique in Seruii Tullii demum rebus gestis tribuum institutionem memorat; Romulum autem Sabino bello confecto tres equitum centurias conscripsisse, *Rammenes*, *Tatienses*, *Lucreseque*, prodit. Qui dissensus ramen conciliari potest, si secundum *Dionysium* statuamus, Romulum condita vrbe statim fecisse tribus; deuictis autem Sabinis renouasse hanc diuisionem, & nomina indidisse; eamque esse *Plutarchi* mentem. *Liuium* denique in Romuli vita mentionem quidem tribuum haud facere, non ramen ideo huic regi institutum illud detrahare; idque etiam ex loco eiusdem Lib. 10. Cap. 6. constare. Conf. *Sigonium* de A. I. C. R. Lib. 1. Cap. 3. & *Graeuum* ad *Flor.* I. 5.
- III. Tribus nomen alii a vocabulo *tres*, alii a *triburo* dando arceffunt. Videas enim *Ascon.* ad *Cic.* in *Verr.* Lib. 1. Cap. 5. edit. *Graeuum* Tom. 1. Part. 1. pag. 422. *Plutarch.* in *Romulo* loco laud. *Isidor.* Orig. Lib. 9. Cap. 4. Sed rectissime a graeco τριῦς acol. τριῦς deriuant *Vossius* in etymolog. h. voc. *Ritter.* ad *Heinecc.* hist. iur. Lib. 1. cap. 1. §. 7. & *Aueranius.* interpret. Lib. 2. Cap. 19.
- IV. Ratio & vsus diuisionis latuisse videtur in delectu instituendo & tributis colligendis. *Varro* de L. L. Lib. 4. Cap. 9. *Festus* voce turma; nec non in re militari; singulae enim tribui praecerat tribunus. *Seruius* ad *Virg.* *Aeneid.* Lib. 5. vers. 560.
- V. *Rammenes* s. *Rammes* a Romulo nomen accepisse testantur *Liuius* I. 13. *Aurelius Victor* in *Romulo*, *Varro*, *Seruius* & *Asconius* locis laud.

laud. *Tatienses*, siue *Tirienſes*, vt *Heinfus* ad *Ouid.* *Fast.* *Lib.* 3. verſ. 131. mauult, a *Tito Tatio* Sabinorum rege ita nominati ſunt. conf. *Sigoniuſ* & *Drakenborchium* ad *Lin.* I. 13. *Lucerum* nomen incertae originis eſt, vid. *Varro*, *Aſconiuſ* & *Liuius* l. c. *Ramnenſes* erant omnes veteres urbis incolae; ad *Tatienses* relati ſunt *Sabini*; ad *Luceres* denique omnes noui aduenae. *Ramnetum* caſu patrio plurali dicit *Seruius* l. c. *Ramium* vero *Varro* l. c. *Horatio* in art. poet. verſ. 342. & *Caſullo* in peruigilio *Ven.* verſ. 72. *Ramnes* denotant omnes *Quirites*.

VI. Diuiſio ergo in tribus hoc aeuo erat *γενικὴ* non *τοπωνυμική*, h. e. non urbs ſed ciues in tribus diſtincti erant. *Dionyſ.* *Lib.* 2. *Cap.* 7. pag. 82. *Lib.* 4. *Cap.* 14. pag. 219.

VII. *Tarquiniuſ* priſcum numerum tribuum duplicaſſe ſcribit *Nieupoort.* *rit. rom. Sect.* 1. *Cap.* 1. §. 3. Sed *Liuius* l. 36. vnde ſine dubio haec hauſit *Nieupoortius*, alia omnia prodiit.

§. III.

Periodus huius diuiſionis ſecunda.

*Serui*o regnante triplex mutatio circa tribus contigit. Nam primo tribus partes urbis factae ſunt; ſiue vt *Dionyſius a)* ait, ἐκ τῶν γενικῶν factae *τοπωνυμική*; deinde earum numerus auctus eſt; denique in ruſticas & vrbanas diſtinctae ſunt. Iſ ſcilicet rex urbem in quatuor, nec non agrum romanum in quadam regiones diuiſit, & vtraſque exemplo *Romuli* tribus adpellauit. Quae in vrbe erant, *urbanae*; quae in agro, *ruſticae* vocabantur.

a) *Lib.* 4. *Cap.* 15. p. 220.

I. Nomina tribuum urbanarum a *Serui*o inſtitutarum ſunt: *Suburana* ſ. *Succuſana*, *Palarina*, *Esquilina* & *Collina*. *Varro* de *L.L.* *Lib.* 4. *Cap.* 8. *Plin.* *hiſt. nat.* *Lib.* 18. *Cap.* 3.

A 3

II. An



II. An Servius rusticas tribus fecerit, dubitat *Gruchius* Lib. 2. de comit. Cap. 1. (pag. 379. in *Clausingii* edit.) ob *Liuii* silentium, & has tribus A. V. 258. demum factas esse opinatur. Cum autem *Dionysius* Libr. 4. Cap. 15. pag. 220. diserte Servium regem, agrum in tribus diuifisse prodatur: *Liuii* silentium non satis rationis est, vt dubitemus.

III. Quot tribus rusticas Servius constituerit, quindecimne, an septemdecim, non constat. Qui XV. ipsi adscribunt, haec ipsarum nomina referunt: 1. Romilia; 2. Laemonia; 3. Pupinia; 4. Galeria; 5. Pollia; 6. Voltinia; 7. Aemilia; 8. Cornelia; 9. Fabia; 10. Horatia; 11. Menenia; 12. Papiria; 13. Sergia; 14. Veturia; 15. Claudia. Vid. *Excursum* de hoc argumento singularem, quem infra adiciam.

IV. Servius quoque, auctore *Dionysio* Libr. 4. Cap. 14. pag. 219. iussit, ne quis alibi nisi in tribu sua habitaret; nec alibi nomen in delectu daret; nec tributa conferret; nec munia alia obiret. Porro curatores singulis tribubus constituit, qui scirent numerum ciuium in tribu sua; qui milites contraherent & pecunias colligerent.

V. Inde vsus huius diuisionis illo aeno constat. Quod autem scribit V. C. *Io. Henr. Christ.* de *Selchow* in elem. iur. rom. anteiust. Part. 1. Libr. 1. Cap. 1. §. 3. de foro rei sine tribus inuirtu, id quidem nulla auctorum veterum auctoritate niti videtur.

VI. Tribus a Sabinis mulieribus nominatas esse, perperam putat *Asconius* A. ad *Cic.* in *Verr.* Lib. 1. Cap. 5. vid. *Sigonium* de A. I. C. R. Lib. 1. C. 3. Ergo potius aliae a partibus vrbis, a familiis multae, aliae aliunde nomen acceperunt. *Manutius* ad *Cic.* pro *Quint.* Cap. 6. pag. 15. edit. *Graen.*

§. IV.

Periodus tertia.

Succedente tempore tribuum numerus ad triginta quinque cre-

cre-



ereuit *a*). Praeterea tribus denuo partes ciuitatis factae sunt; quod tamen quo tempore & qua de causa acciderit, dictu haud facile est. *Sigonio b*) maior vitae rusticae dignitas videtur effecisse, vt ciues, quamuis in vrbe habitarent, in tribu rustica cenferi maluerint, & ita sensim iam ab A. V. 250. inualluisse *c*), ne tribus amplius penderet ab habitatione. Hoc expeditum est, censores, qui A. V. 311. primum creati sunt, & quibus inter alia negotia cura tribuum data est, ciues sine discrimine habitationis in tribus aut vrbanas aut rusticas conferipisse *d*). Et ab initio quidem ciuibus potestatem dederunt, vt in qua tribu vellent, cenferentur. Hoc certe A. V. 441. a Censore Appio coeco factum est *e*). A. V. autem 449. Cenfor Q. Fabius maximus, ne comitia in humillimorum manu essent, omnem forenses turbam excretam in quatuor tribus coniecit, vrbanasque eas adpellauit. *f*) Cumque libertini sese rursus per omnes tribus diffudissent: A. V. 533. L. Aemilio & C. Flaminio censoribus iterum in quatuor tribus vrbanas reiecti *g*); a Censore T. Sempronio Graccho denique A. V. 584. in solam tribum Esquilinam relati sunt *h*). Ciceronis aeuo Cn. Manlius & Publius Clodius legem quidem ferre cogitauerunt, vt libertini per omnes tribus distribuarentur, non tamen perfece- runt. *i*) A. V. 663. aut duobus proxime sequentibus confecto bello sociali octo nouae tribus factae, in quas coniecti sunt populi Italiae, quibus ius ciuitatis lege Iulia concessum est *k*). Sed Cinna Consul A. V. 666. multum licet frementibus ciuibus veteribus, has tribus sustulit & ciues nouellos tribubus antiquis inseruit *l*). Quamdiu durauerit diuisio in tribus, non liquet. Traiani aeuo eam nondum obliteratam esse, monu- menta antiqua testantur *m*); imo Marco Antonino imperante eam perdurasse constat *n*).

a) A. V. 258. ex *Sigonii* coniectura accesserunt Crustumina & Veientina. A. V. 369. Stelatina, Tromentina, Sabatina, & Arniensis
(non



(non Narniensis, nec Axiensis) *Liu.* Lib. 6. Cap. 5. ibique *Drakenborch.* A. V. 395. Pomtina & Pophilia siue Popillia *Liu.* VII. 15. A. V. 421. Maecia & Scaptia *Liu.* VIII. 17. A. V. 435. Ventina & Falerina *Liu.* IX. 20. A. V. 454. Anienfis (non Arnienfis) & Terentina *Liu.* X. 9. ibique *Drakenborch.* A. V. 512. Velina & Quirina *Liu.* Epit. libri 19.

b) de A. I. C. R. Lib. 1. Cap. 3.

c) Vid. *Liu.* II. 16. *Dionys.* Lib. 5. Cap. 40. pag. 308. Hic enim narrat, A. V. 250. Titum Claudium Sabinæ gentis, patria profugum cum amicis venisse Romam. Ipsi S. P. Q. R. concessisse *urbis partem* quantum voluerit ad ædificandum, & inde progressu temporis factam esse tribum *Claudiam*. At hanc inter rusticas fuisse, scimus.

d) *Festus* voce Ventina *Liu.* IX. 46. XLV. 15.

e) *Diodorus Sic.* in bibl. historica Lib. 20. p. 773. (Hanou. 1604. fol.)

f) *Liu.* IX. 46. *Ernesti* clau. Cic. voce tribus. Conf. infra excursus singularis.

g) Epit. *Liu.* Lib. 20.

b) *Liu.* XLV. 15.

i) Cic. pro Mil. C. 3. & C. 32. & *Asconius* ad utrumque locum.

k) *Vellei. Paterc.* Lib. 2. C. 20.

l) *Appian.* de bell. ciu. Lib. 1. edit. *Stephani* Parisiensis pag. 379. & 389. in *Tollii* editione pag. 641. & 654. Idem iam frustra tentauerat paulo ante P. Sulpicius trib. pleb. *Liu.* Epit. Libr. 77. *Appianus* p. 383. *Steph.* p. 646. *Toll.* conf. *Spanhem.* in orb. rom. Ex. 1. Cap. 10.

m) *Gruter.* corp. inscript. pag. 246. n. 8. (Vtor splendida edit. Amstelædamensi de a. 1707.) *Fabretti* inscript. antiq. Cap. 5. p. 395.

n) L. 35. pr. D. de legatis 3. quæ Ceruidium Scaeuolam auctorem habet, *Marci* consiliarium.

I. Qui ex eadem tribu erant, *tribules* dictos esse, ex *Cicerone* notissimum est. Vid. v. c. *Epist.* ad Att. Lib. 1. Ep. 19. pag. 152. edit. *Græci.*

II. *Præ-*

9

II. Praebuit diuisio in tribus in tertia hac periodo generatim eam vtilitatem, quam omnis partitio & descriptio in magna ciuitate praebere solet; vt eo facilius nosci, inueniri, coram citari & regi possint ciues. Singularis autem praeterea eius fuit in ciuitate romana vsus. Iustiore enim ordine suffragia ferre poterat populus in tribus distinctus, quam incondita & confusa turba. Nec minus in delectu militari etiamnum vtilis erat tribuum ratio. *Polyb. Lib. 6. Cap. 13.*

§. V.

Quaedam de tribubus miscella.

Praeter ea, quae haecenus dicta sunt, haec porro obserues velim. I. Nemo in tribu rustica censeretur poterat, nisi qui praedia rustica possideret, non tamen omnes, qui rura habebant, ideo statim tribubus rusticis adscripti sunt *a*). II. Non solum tribus rusticas fuerunt nobiliores vrbis, sed rusticarum etiam aliae aliis erant honoratiores. Inde ignominiosum habebatur, a Censore *tribu moueri*, h. e. e rustica in vrbis aut ex nobiliori rustica in ignobiliorem detrudi *b*). III. Ciues nominibus suis tribum, cui adscripti erant, addere solebant, in hunc fere modum: *Seruius Sulpicius Laemonia Rufus c*). Imo adoptiui filii non solum tribum patris naturalis, sed adoptantis quoque adscribebant; v. c. *Opimius Veientina Tromentina Antius d*). IV. Nemo ciuium libera republica iure suffragii in comitiis gaudebat, nisi in tribuum vnā esset relatus *e*). Republica subiugata relatio in tribum vtilis erat, quo quis de frumento publicae distributo, aliisque Principis liberalitatibus partem ferre possit. Qui ergo tribum consequi volebat, a populo postea ab Imperatoribus id beneficii petebat. *Antonini* aeuo tribum emi potuisse docet L. 35. pr. D. de legat. III. *f*). V. Plura quam XXXV. tribuum nomina in antiquis monumentis inueniuntur. Occurrunt enim *Aelia, Appia, Augusta, Aurelia* &c. Quod aut inde est, quia tribus aliquando

B

nomen



nomen mutauit, aut quaedam fuerunt binomines; aut denique
hae superfluae tribus sunt ex illis octo, quae A. V. 663. fa-
ctae sunt. vid. §. 3. g). VI. Nomina omnium tribuum, quae
in monumentis praecis obuiam sunt, adponam & XXXV. vete-
res *cursums*, vt vocantur, literis distinguum.

- Aelia Gruter.* p. 80. n. 2.
Aemilia Liu. L. 38. C. 36. *Cic. Att.* II. 14.
Aniensis Liu. L. 10. C. 9. L. 9. C. 20. *Cic. Planc.* 22.
Appia Grut. pag. 909. n. II. 12. pag. 911. n. 12.
Arniensis Liu. L. 6. C. 5.
Augusta Fabrett. C. 4. n. 513.
Aurelia Fabrett. C. 4. n. 513.
Campana Grut. p. 745. n. 8.
Camilia Grut. p. 528. n. 4. & alibi saepius.
Cestia Panuin. de ciu. rom. C. 51.
Claudia Liu. II. 16. *Dionys.* V. p. 308.
Clustumina f. *Crustumina Liu.* L. 42. C. 43.
Cluentia Gruter. p. 548. n. 9. & alibi.
Cluua Gruter. p. 521. n. 2.
Collina Festus voce vrbam. trib.
Cornelia Liu. Lib. 38. C. 36.
Dumia Grut. p. 772. n. 3. & alibi.
Esquilina f. *Exquilina Liu.* L. 45. C. 15.
Fabia Suet. Aug. C. 40. *Horat.* L. 1. *Epist.* 6. vers. 52.
Falerina Liu. L. 9. C. 20. *Ioseph. Ant.* L. 13. C. 16.
Flauia Gruter. p. 566. n. 5.
Galeria Plin. H. N. L. 7. C. 49. *Liu.* L. 27. C. 6.
Horatia Gruter. p. 171. n. 1.
Iulia Gruter. p. 549. n. 4. & alibi. *Dio* L. 44. p. 242.
Latina Grut. p. 100. n. 2.
Laemonia Cic. Phil. 9. C. 7.

Mae-



- Maccia Liu.* L. 8. C. 17.
Menenia Cic. ad diu. L. 13. ep. 9.
Minucia Gruter. p. 440. n. 1.
Orciculana Gruter. p. 23. n. 16. alibique.
Oufentina Liu. L. 9. C. 20.
Palatina Cic. Verr. II. 43.
Papia Grut. p. 307. n. 7. & alibi. *Panuin.* l. c.
Papiria Liu. L. 8. C. 37.
Pollia Liu. L. 8. C. 15.
Pomptina Liu. L. 7. C. 15.
Popilia, f. *Popilla*, f. *Poblicia*, f. *Publicia* f. *Pupilia.* *Valer. max.*
IX. 10. *Liu.* L. 7. C. 15.
Pupinia f. *Popinia Cic.* ad diu. VIII. 8.
Quirina Epit. Liu. L. 19.
Romilia Cic. Agrar. 2. C. 29. *Varro LL. Lib. 4. C. 9.*
Sabatina Liu. L. 6. C. 5.
Sappinia Liu. L. 31. C. 2. & L. 33. C. 23.
Scaptia Liu. L. 8. C. 17.
Sergia Cic. in Vatin. 15.
Stellatina Liu. L. 6. C. 5.
Suburana f. *Succufana Varro de LL. l. c.*
Terentina Liu. L. 10. C. 9.
Titienfis Festus h. v.
Tromentina Liu. L. 6. C. 5.
Valerina f. *Valeriana Reinesf. Class.* 9. n. 45.
Veientina Cic. pro Planc. C. 16.
Velina Epit. Liu. Lib. 19. *Cic. Att. IV. 15.*
Veturia Liu. L. 26. C. 22.
Vfentina vid. *Oufentina.*
Vlpa Grut. p. 532. n. 9.
Volvinia Cic. pro Planc. l. c.
Tribus El. apud Gruter. p. 911. n. 11. videtur esse *Esquilli.*
B 2



na. *Vell.* p. 36. n. 15. *Velina.* *Ver.* p. 551. n. 7. *Veturia*, nisi ibi legendum sit *Ser.* hoc est *Sergia*. Denique *Voturia*, quae saepe apud *Gruterum* obuia est, videtur eadem cum *Veturia*.

VII. *Florum, Suetonium, Martialem, Statum*, aliosque auctores tribus dicere pro plebe, imo interdum pro infima & vilissima parte plebis viri docti obseruarunt *h)*. VIII. Vulgo Iudi magistri tribus vertunt per *Zünfte*. Sed profecto collegia nostra opificum, quae *Zünfte, Innungen* vocamus, a tribus romanis differunt longissime.

- a) *Plin.* hist. Lib. 18. Cap. 3. *Graenius* in praef. ad Tom. 1. thesauri.
- b) *Liu.* XLV. 15. ibique *Drakenborch. Ducker.* ad *Liu.* IV. 24.
- c) *Cic.* ad diuers. XIII. 9. *Mannii* commentar. in Ep. ad diuers. VIII. 8. pag. 379. edit. *Graeu. Wesseling.* probabilem Cap. 16. Tribus nomen iis tantum addi solitum esse, qui parum alioquin noti essent, non gestis honoribus, non maiorum dignitate, non ordine senatorio clari, obseruat *Mannius* ad *Cic.* pro *Quintio* Cap. 6. edit. *Graeu.* T. 1. P. 1. pag. 15. Caue tamen hoc de inscriptionibus intelligas, in quibus saepe nominibus clarissimorum virorum tribus adicitur.
- d) *Sueron.* in *Aug.* Cap. 40. *Gruter.* pag. 226. n. 3. pag. 465. n. 4.
- e) *Ascon.* ad *Cic.* in *Verr.* Lib. 1. Cap. 8. *Liu.* XLV. 15.
- f) Quam egregie explicat *Aueran.* Lib. 2. interpret. Cap. 19.
- g) *Panninius* de ciuit. rom. Cap. 49. 50. 51. in *Graenii* thesaur. Tom. 1. *Fabretti* inscript. Cap. 5. p. 395.
- h) *Ducker* ad *Flor.* II. 6. *Aueranijus* Lib. 2. interpret. l. c.



EXCURSVS
DE TRIBVBVS RVSTICIS A SERVIO TVLLIO
CONSTITVTIS.

§. I.

Quot tribus rusticas *Seruius Tullius* constituerit, disputatur. Nec per se res tanti est, ut multum ipsi immoremur. Attamen cum vera lectio & sensus nonnullorum locorum in libris priscais absque cognitione eius non possint definiri: hoc argumentum paulo accuratius excutiamus.

§. II.

Sunt, qui cum *Sigonio* de A. I. C. R. Lib. 1. Cap. 3. quindecim; sunt qui septemdecim, ut *Boindin* dans les memoires de literature de l' academie des inscript. Tom. 5. pag. 95. sunt denique, qui vndetriginta ab eo rege factas esse existimant. Hoc sentire videtur *Arnaud* var. coniect. Lib. 2. Cap. 8. Certe defendit A. V. 258. Romae fuisse XXXI. tribus & A. V. 378. XXXV. tribuum numerum fuisse completum; ea vero, quae de XV. aut XVII. tribubus a *Seruo* factis dicuntur, incertissima esse.

§. III.

Ex *Sigonii* sententia *Seruius* Rex fecit tribus illas XV. quas supra §. IV. not. III. nominavi. A. V. 258. ex eius coniectura demum accesserunt *Crustumina* & *Veientina*. Qui autem tempore *Seruii* XVII. tribus rusticas factas esse putant, huic regi etiam *Crustumina* & *Veientina* tribuunt. Vtrum illa an haec sententia verior sit, non definio, nec multum interest a). Examinemus autem *Arnaldi* opinionem.

a) Hoc tamen moneo, tribum *Claudiam* perperam *Seruo* regi adscribi. *Dionysius* enim Lib. 5. Cap. 40. pag. 308. omnia alia docet.

B 3

§. IV.



§. IV.

XXIX. tribus rusticas iam Servio regnante existisse, adprime falsum videtur. Adscribam veterum loca huc facientia. *Dionys.* Lib. 4. Cap. 15. pag. 220. ita scribit: Διείλε δὲ καὶ τὴν χώραν ἅπασαν, ὡς μὲν Φάβιος Φυσίν, εἰς μοίρας ἕξ καὶ εἴκοσι, ὡς καὶ αὐτὰς καλεῖ Φυλάς, καὶ τὰς αἰσικὰς προσιδεῖν αὐταῖς τέτταρας, καὶ τριάκοντα Φυλάς ἀμφοτέρων. Κάτων μὲν τοι τέτων ἐπὶ Τυλλίῳ τὰς πάσας γενέσθαι λέγει ὡς δὲ Οὐειώνιος ἰσχυροῦν, εἰς μίαν καὶ τριάκοντα Φυλάς, ἀξιοπιστότερος ὢν, ἔχ' ἐπιζέει τῶν μοιρῶν τὸν ἀριθμὸν. Versio latina *Porti* sic se habet: Divisit etiam totum agrum, vt Fabius ait, in partes viginti sex, quas & ipse tribus appellat; ita vt, quatuor vrbanis ad illas additis, omnes efficiant numerum triginta tribuum. Cato tamen tribus vniuersas iam regnante Tullio tot fuisse tradit: sed, vt Venonius prodidit, *diuisit agrum* in tribus triginta & vnam. At quamuis iste scriptor fide sit dignus, tamen partium, *tam vrbanoarum quam rusticarum*, numerum aperte non definit. *Sylburgius* vero sequentem in modum interpretatur: „Divisit etiam vniuersum „ agrum, (vt Fabius auctor est) in partes XXVI. quas & ipse „ tribus nominat, & quatuor vrbanis ad illas additis, triginta „ ex vtrisque tribus conflatur. Cato certe tot eas fuisse dicit iam „ tum regnante Tullio. Ego libenter accefferim Venonio, qui „ triginta & vnam tribus numerat, non limitato agri partium „ numero. „ Idem *Dionysus* Lib. 7. Cap. 64. pag. 469. ait, cum populus in iudicio de Marcio suffragia tulerit, numeratis suffragiis non magnum adparuisse discrimen. „ Nam cum eo tempore XXI. tribus essent, quae in suffragia fuerant missae, Marcus a nouem absoluebatur. Itaque si duae tribus praeterea se ipsi adiunxissent, ob suffragiorum aequalitatem legitime absolurus fuisset. „ *Liuius* Lib. 2. Cap. 20. dicit: Romae tribus vna & viginti factae. Alii tamen & codices & libri impressi legunt: vna & triginta. Idem Libro 6. Cap. 5. ait: Tribus qua-

quatuor ex nouis ciuibus additae: *Stellatina*, *Tromentina*, *Sabatina*, *Arniensis*, caeque viginti quinque tribuum numerum expleuere. Sic quidem habent codices *Sigonii* & omnes, quos consuluit *Drackenborchius*. Haec ergo lectio alteri, quam habent editiones nonnullae: *triginta quinque tribuum numerum expleuere*, merito praefertur.

§. V.

Priori *Dionysii* loco non utar in rem meam. Is enim, ut recte obseruant *Arnaud* l. c. & *Reiskius* ad *Dionys.* VII. 64. in mendo cubat, nec sensum perfectum habet. Qua ratione hi auctores locum illum emendent, videas apud ipsos. Nec magis prouocabo ad *Liuium* II. 20. cum codices & libri editi variant. At *Liuii* locus VI. 5. *Arnaldo* grauiter obstat. Si enim tunc temporis, A. V. scilicet 367. fuere tribus tantum XXV. fieri nequit, ut *Seruius* XXIX. fecerit. Et quamuis *Arnaldus* legere velit: *caeque triginta quinque tribuum numerum expleuere*: codices tamen, ut dixi, omnes aduersantur. Deinde *Dionysius* l. c. Lib. VII. Cap. 64. *Arnaldum* refellit. Ex eo enim loco constat *Marcii* aeuo h. e. A. V. 263. non plures quam XXI. tribus exstitisse. Scribit quidem *Arnaldus*, ut vim huius argumenti effugiat, iudicium illud fuisse tumultuarium, nec constare, an omnes tribus conuenerint, ex *Dionysio* ergo non adparere, quod plures quam XXI. tribus tum Romae haud fuerint. Sed parum hic auxilii inuenit. Qui enim integram de *Marcio* historiam leget, facile animaduertet, iudicium hoc minime tumultuarium, sed iusto & legitimo ordine peractum fuisse. Et *Dionysius* Cap. 59. memorat, tantam ad illud turbam, quanta numquam ante, confluxisse.

§. VI.

Sed primum argumentum aduersus *Arnaldum* hoc est. Inter omnes constat, numerum tribuum maximum fuisse XXXV.

Su-



Sumamus ergo Seruium fecisse XXIX. tribus: inde sequetur, ut A. V. 512. fuerint XXXXIII. Nam A. V. 369. accesserunt quatuor; A. V. 395. duae; totidem A. V. 421. A. V. 435. A. V. 454. & A. V. 512. Ab anno ergo 369. ad annum 512. factae sunt tribus quatuordecim. Has addas velim XXIX. a Seruio factis & habebis quadraginta tres. Tot autem Roma numquam vidit; nisi per breue tempus, sub finem belli socialis. Nihil reperit *Arnaldus*, quod his validissimis telis opponat, quam hoc: tribus, quas *Liuius* post annum 369. accessisse narrat, postea dissolutas & per triginta quinque veteres esse dispersas. Sed nihil proficit, cum innumeri lapides doceant, tribus illas postremis quoque temporibus existisse.

§. VII.

Coronidis loco addam obseruationem, quae tangit locum *Liuii* Lib. 9. Cap. 46. a multis male intellectum. Scribit *Liuius*: *Ex eo tempore in duas partes discessit ciuitas, aliud integer populus fautor & cultor honorum, aliud forensis factio tenebat: donec Q. Fabius & P. Decius censores facti: & Fabius simul concordiae causa, simul ne humillimorum in manu comitia essent, omnem forenses turbam excretam in quatuor tribus coniecit, vrbanasque eas adpellauit. Idem narrat de Fabio Valer. Max. Lib. 2. Cap. 2. Ex. 9. iisdem paene verbis: omnem forenses turbam in quatuor tantummodo tribus descripsit, easque vrbanas adpellauit. Multum torserunt haec loca interpretes & varie a variis explicantur. *Grucchius* enim Lib. 2. de comit. Cap. 1. ita interpretatur: turba forensi in quatuor tribus vrbanas coniecta, numerum ciuium in his tribus auctum esse. Eodem redit explicatio *Perionii* Lib. 2. de magistrat. graecor. & romanor. *Ducherus* ad *Liui.* 1. c. ignorantiam suam palam profitetur. „Si quem inquit haec (scilicet) interpretationes quas adduxi inuuant ad illa intelligenda, non*

„

„inuideo; me nihil iuant. Omnes veteres scriptores tradunt,
 „am dudum ante hoc tempus a Seruio Tullio institutas fuisse
 „quatuor tribus, quae *urbanæ* dicerentur, in iisque humilli-
 „mos fuisse. Has autem qua ratione Fabius dicatur *urbanas*
 „appellasse, quae iam olim id nomen habuerant, aut quomodo
 „appellare tribus exponi possit numero ciuium augere, non ad-
 „sequor. „ Io. Frid. Gruner introd. in antiquit. rom. P. 3.
 C. 2. §. 4. præeunte Manutio de ciu. rom. existimat, Fabio
 censore demum tribuum *urbanarum* & *rusticarum* nomina orta
 esse. Sed reclamant huic opinioni tot veterum testimonia, qui
 vno ore tribus alias *urbanas* alias *rusticas* iam inde a Seruio
 Rege nominatas fuisse perhibent. Periculum ergo faciamus, an
Liuius lucem conciliare possimus. Ex instituto Seruii ciues *vr-*
bem inhabitantes tribus *urbanas*, ruris habitatores autem *rusti-*
cas tribus constituebant. Succedente tempore factum est, vt
 tribubus *rusticis* immiscerentur incolae *vrbis*. Tandem Fabius
 censor turbam *forensis* siue humillimos ciues, tenues, sordidos
 & abiectos homines in quatuor tribus coniecit, easque *urbanas*
 appellauit; hoc est ab eo tempore non amplius tribus, in qui-
 bus incolae *vrbis* censebantur, sed illae, in quibus humiles
 homines continebantur, *tribus urbanæ* vocatae sunt. Non ergo
 nouum nomen inuentum est ab *Appio*, sed significatio antiquis-
 simi vocabuli est immutata.

Sed satis præfationis est. Indicanda sunt sollempnia inaugura-
 lia duorum præstantium & dignissimorum Candidatorum. Pri-
 mus est IACOBVS ABEL, Wetzlarieusis. Qui, postquam
 examen, quod tentamen vocant, cum laude superauit; tex-

C


tus




tus ex iure ciuili & canonico optime interpretatus est, & dissertationem: *de extraiudiciali remedii restitutionis in integrum in supremo camerae imperialis iudicio introductione per conclusum uisitationis nouissimae de VI. Maii MDCC-LXVIII. generatim non sublata, neque adeo tamquam in-formi reuocanda*, sine praeside die XIV. Aprilis ita defendit, ut raram solidamque iuris cameralis scientiam sibi inesse omnibus probauerit: licentiam summos in iure honores adipiscendi, me interprete & brabeuta consecutus est.

Alter uero est IOANNES IOSEPHVS BENEDICTVS MARIA LOSSKAND, pariter Wetzlaricnsis. Hic uitae suae cursum uerbis sequentibus nobis delineauit:

Natus sum decima Septembris anno MDCCCLXI. Patre IACOBO LOSSKAND in Augustissimo Camerae imperialis iudicio Aduocato & Procuratore; Matre SALOME FVCHS coniugibus. Studia mea inferiora apud Patres societatis Iesu quondam existentis nunc extinctae absolui, prima dein iuris
prin-


 principia apud Dominum BERNEGGER Wetzlariae audiui; dein Herbipolín profectus per duos annos collegia pandectarum apud Dnum SCHNEIDT frequentavi, ius publicum hausi ex ore Dni HAVS, ius canonicum audiui docente Reuerendo D. ENDRES, & dein iuri feudali & criminali, quod ibi legit Dnus WIESEN, operam dedi. Denique per praeterlapsam hyemen tam in praxi communi quam camerale me exercitavi. Nunc in eo versor, vt licentiam ad gradum doctoris in iure adspirandi consequar; ideoque vos viri illustres rogo, vt mihi hanc beneuole largiamini, pro quo summas vobis grates ero habiturus.

Honestissimis precibus libenter locum dedimus, & ad tentamen virum iuuenem doctum non minus quam modestum admisimus. Ibi cum egregie steterit; & textus ipsi praescriptos solide explicauerit, nunc in eo est, vt dissertationem inauguralem, qua tractatur quaestio: *quaenam inter octo vias, electores, principes vel principali dignitate con-*



decoratos coram Austrægis conveniendi, actori inferioris
 ordinis sit utilissima, ideoque prae aliis eligenda? die huius
 Mensis defendat, Praefide Viro MAGNIFICO ET
 ILLVSTRI D. HELVICO BERNHARDO IAVPIO. Cui
 actui ut interesse velint MAGNIFICVS ACADEMIAE PRO-
 CANCELLARIVS, diuinæ & humanae sapientiae ANTISTI-
 TES, omnes bonarum literarum in hac vrbe CVLTORES,
 suauissimi denique COMMILITONES, oro rogoque.

Dab. die VII. Maii MDCCLXXXI.




Gießen, Diss., 1781-92



V D 18







Farbkarte #13

B.I.G.



4, 210.
1789 13 202.

3 /

DUCTIONIS
IN
M ROMANORVM
TIQVVM
PLENIORIS
ECIMEN.

GRAMMA
NIA INAVGVRALIA
VM DIGNISSIMORVM
BIABEL,
ET
D. MARIAE LOSSKAND,
TZLARIENSIVM
INDICIT
IVLIVS FRIDERICVS
EPFNER,
RISCONSULTORVM DECANVS.

ISSAE
A IO. IAC. BRAVN.
MDCCCLXXXI.